



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

23. Aprilis. Si contingat te pati, quidquid Deus velle, aut hujus permissu  
dæmon inferre possit, speranda tamen in Deo victoria. S. Ignat. apud  
Quartem. in Gl.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

mittuntur cum tamen transplantati uberiores fructum ferant.

Quæcunque Patria tua sit, lachrymarum vallis est, est mille miseriarum theatrum; ridiculum! quod ita pertinaci affectu ei adhæreamus! Nullum patria bonum, nullum facit malum.

Propheta non est acceptus in patria. Quid si extra patriam facilior sit ad cæsum via? vel enim desunt obstacula parentum, aut cognatorum favores, vel deficiente in suis spe, virtus crescit, ut Martius suo evadere possit. Nos patriam, quod tendimus, amemus.

23. Aprilis.

*Si contingat te pati, quidquid Deus velle, aut hujus permisso demon inferre possit, speranda tamen in Deo victoria. S. Ignat. apud Quartern. in. Gl.*

**P** Remi te finit Deus, non finet opprimi: premit, quia te diligit; tibi providet, ut longè mitiori pœnâ hic expies, quod in altera deberes longè graviori.

Premite finit Deus, tamen amat. Exercet in te jus, quod habet Dominus; premit, favorem tamen non exuit, manet pater,

ter, plus de te, quàm ulla mater de filio sollicita.

Premi te sinit, & multùm & diu, quod multùm amat. premit, ut meritorum cursum augeat, & præmium, quod otiosorum non posset, bene merenti conferat.

Premi te sinit, ut tuum amorem accendat, & spem experiatur. Vide, ne suâ Deum fraudes expectatione. Spera, multùm laborum. Spei quippe magnitudo est obtinentium mensura gratiarum.

## 24. Aprilis.

*Nolo in iis, qui præsunt, animi motus, potissimum extinctos, planèque mortuos, sed probè domitos. S. Ignat. vitæ l. 3. n. 46.*

**E**tiam venena profunt ritè attemperata. Usus rem bonam vel malam facit. Irâ rectè hâbitâ, nihil laudabilius, eâ moderari, non est virtus, sed languor, & segnitudo.

Ira est Reipublicæ & omnis communitatis fulcrum, sine qua disciplinæ sollicitudo, laxitas morum, libertas, scelerum impunitas, audacia, oriuntur.

Affectibus uti debemus, prout Dominus servis; subesse debent rationis imperio, non præesse, officio suo fungi, vel deficiere.